Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ier

Hieremias Explicit Prologus
anatothites qui est in tribus
ysrhel in finibus benyamin. apud
tanphnas in egypto apprehensus ob
ruptus occubuit. Jacet uero in eo
loco sepultus quo diuum pharao
rex hitauerat. Et quoniam pos
tulationi sue refugiens. ab eodem
loco serpentibus egyptios attactu
aspidum fiant esse securos magna
eum ibi reuisione egyptii uenerant.

Incipit Textus

Verba hieremie
filii helchie de sacer
dotibus qui fue
runt in anatoth
in terra benyamin.
Quod factum est
uerbum domini
ad eum in diebus iosie filii amos
regis iuda. In tertiodecimo anno re
gni eius. Et factum est in diebus
ioachim filii iosie regis iuda. usque
ad consummationem undecimi anni
sedechie filii iosie regis iuda usque
ad transmigrationem iherusalem in men
se quinto. Et factum est uerbum
domini ad me dicens. Priusquam
te formarem in utero noui te. et an
quam exeres de uulua sanctificaui
te. et prophetam in gentibus dedi
te. Et dixi. a. a. a. domine deus ec
ce nescio loqui quia puer ego sum.
Et dixit dominus ad me. Noli di
cere quia puer ego sum. quoniam
ad omnia quecumque mittam te ibis. et
uniuersa quecumque mandauero
tibi loqueris. Ne timeas a facie eo
rum quia ego tecum sum ut eruam
te dicit dominus deus. Et misit
dominus manum suam et tetigit os
meum. et dixit dominus ad me. Ec
ce dedi uerba mea in ore tuo. ecce con
stitui te hodie super gentes et super reges
ut euellas et destruas et disperdas et
dissipes et edifices et plantes dicit
dominus omnipotens. Et factum est
uerbum domini ad me dicens. Quid
tu uides hieremia. Et dixi. Virgam
uigilantem uideo ego. Et dixit
dominus ad me. Bene uidisti. quia
uigilabo ego super uerbo meo ut fa
ciam illud. Et factum est uerbum
domini secundo ad me dicens. Quid
tu uides hieremia. Et dixi. Ollam
succensam ego uideo et faciem eius
a facie aquilonis. Et dixit dominus
ad me. Ab aquilone pandetur omne
malum super omnes habitatores terre
quia ecce ego conuocabo omnes cog
nationes regnorum aquilonis aut
dominus deus et uenient et ponent
unusquisque solium suum in introitu
portarum iherusalem et super omnes
muros eius in circuitu et super om
nes ciuitates iuda et loquar
iudicia mea cum eis super omni ma
licia eorum qui dereliquerunt me
et libauerunt diis alienis et adora
uerunt opus manuum suarum. Tu
ergo accinge lumbos tuos et surge
et loquere ad eos omnia que pre
cipio tibi. Ne formides a facie eorum
nec enim timere te faciam multi
eorum. Ego quippe dedi te hodie
in ciuitatem munitam et in columpnam